

Eccl. 48. 4 Reg. 4. 45. Elias veluti sol fulgentissimus. D. Chryf. Eccl. 48. Cornelius. Palatius. 46. Aspectus Elias dissipat errorum tenebras. Ezech. 1. D. Greg. 47. Præsentia Elias sanctitatem ostendit. 48. D. Basilus. Scluc. Philip. Ab.

dicitur ascendens; semper Elias ascendit: Surrexit Elias Propheeta. Eccl. 48. Ascendit Elias in celum. 4 Reg. 2. semper Elias ascendit de una virtute in aliam, de una magnitudine in alteram; de una excellentia in aliam majorem. Angelum ascendentem ab ortu solis. Elias apparuit in mundo, veluti sol fulgentissimus; irradians, & illuminans, Idiome Græco Elias idem est, ac sol, ut notat D. Chryostom. ferm. de ascensione Eliæ tom. 1. & Ecclesiast. 48 n. 1. dicitur: Surrexit Elias Propheeta, quasi ignis; ex Græco legi potest, ut testatur ibi Cornelius: Surrexit Elias, tanquam splendor. Ipse enim exiit totius mundi fulgentissimus splendor; ad citata verba: surrexit Elias quasi ignis; Palatius, Ignis illuminat, & calefacit; Elias sua vita, sua doctrina, ac exemplo totum orbem illuminavit, & omnium corda in amore Domini inflammavit. Ab ortu solis. Hic magnus sol Elias, tanquam in ortu apparuit, ubi primum gyrat ad nostrum O. izontem, statim noctium tenebræ dissipantur, & tunc lux effulget. Merito ergo Elias, secundum Græcos sol dicitur, quia cum ipse apparet, statim errorum tenebræ fugantur, & vera lux resplescit; quia omnes sua doctrina illuminantur, & inde, ac sancta religione instruantur. Cherubini stipantes curru gloriae Dei, fuerunt ignei; Ezech. 1. n. 1. 3. Aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi a petris lampadarum. Cum hujusmodi Cherubini essent ignei, inde factum est quod eorum aspectus quasi lampadarum erat. D. Gregor. hom. 5. in Ezech. Lampades, ait, magno flammarum lumine resplendent, & diffusas circumquaque tenebras effugant. Quæ sunt Dei, ubi apparent aspectus eorum, quasi lampadarum, quæ maximè resplendent, & tenebras circumquaque diffusas expellunt. Alta providentia veluti ad similitudinem curru. i. Elias cum fertur in celum: Ecce curru igneus, & equi igni. 4. Reg. 2. 12. & cum curru, & equi essent ignei, aspectu eorum, quasi aspectus lampadarum, quæ magno flammarum lumine resplendent, & undequaque tenebras expellunt; ubi adest Elias, ubi apparet Elias, per participationem à Deo, ibi aspectus ignis, ac lampadarum, quæ maximè coruscant, & tenebras undequaque diffusas dissipant, & expellunt. Signum Dei vivi; quod nempe erit in Elia; ejus fides, zelus, justitia & sanctitas, quæ aperte signa Dei vivi in eo monstrabant; ipsamet præsentia Eliæ, vestitus, & habitus, ejus gestus, ac dispositio corporis, Dei signa in eo declarabant: Ad mulierem viduam venit Elias, petitque ab ea buccellam panis; quæ ait ei: Vivit Dominus Deus tuus, quia non habeo panem. 3. Reg. 17. n. 1. in quibus verbis mulier eum, ut verum Dei servum, ac prophetam recognoscit, ac veneratur. Mulier nunquam antea viderat Eliam; nec cum eo allocuta fuerat; sed tantum modo audivit ab eo, ut in summa egestate peteret panem; unde ergo accipit notitiam, ipsum esse Prophetam? Quam difficultatem attingit D. Basilus Seleuc. orat. II. vivit Dominus Deus tuus: Tanquam prophetam honoris, quem mendicum vides; unde in Propheeta notitiam venisti? Gestus viri ac præsentia virtutem, ac justitiam Dei in eo manifestabant. Philippus Abbas epistol. 7. sic ait Præsentia hominis Dei lateantem virtutem in animo indicabat. Etiam Elias tace-

ret ejus præsentia signum, ac index Dei virtutis erat in eo. Velut sicut D. Ambros. datus supra quæst. 3. explicat de Christo D. quod ejus virtutes, & opera, signa erant Dei in eo; sic ad ejus imitationem dicimus, quod virtutes, opera, miracula quibus faciet Elias, ignem de celo venite, erunt manifesta signa in eo. Et ita miracula, magna, ac mirabilia, propria Eliæ reputantur, ut affirmat Abulen. 4. Reg. 2. q. 25. Quod Hebræi quodcumque videbant a quem virum facientem miracula, putabant, eum esse Eliam. Unde quæsierunt à Joanne; an ipse esset Elias? Et quid mirum, quod mirabilia repararentur propria Eliæ. Cum Simeon Metaphrastes ferm. de Elia, eum dicat, virum sanctissimum, & divinum, quia à Deo accepit omnia maxima. Clamavit voce magna quatuor Angelis, &c. nolite nocere terræ, & mari, quousque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum: Potestate imperiosa, quam habet claudendi celum, & percutiendi terram omni plaga. Apoc. ypl. 1. 1. Apoc. 18. num. 6. & 7. clamat ad quatuor Angelos, ut sistant, & omnem congeriem malorum non emittunt in terram, quosque servi Dei designentur in frontibus eorum, nam tempore Antichristi, veri servi Dei, erunt signati vero, & reali signo, quod multi existimant, esse crucem, de quo dicam infra quæst. 9. Hæc autem consignatio fiet ope, ac ministerio Eliæ. De hoc magno Parente multa dicam infra ad cap. 1. 1.

QUÆSTIO VI.

Hic Angelus apparens in ortu solis cum signo Dei vivi, verè, & propriè Angelus, & unus ex primariis.

Visio hæc facta sancto Joanni extitit imaginaria, & symbolica, ad aliquid ostendendum; nam cum ait: Vidi quatuor Angelos, tenentes quatuor ventos, Ventus propriè non videtur, sed latè dicitur videri per suos affectus, & res significatas, & cum hæc ponantur hic in sexto sigillo, maximè pertinent ad tempora Antichristi, de quo hic agitur; & iste quintus Angelus clamat, ut alii quatuor sistant, & talem malorum congeriem cohabeant, quousque servi Dei in frontibus signentur. Dico ergo quod iste Angelus apparens ab ortu solis cum signo Dei vivi, verè & propriè erat Angelus, & unus ex primariis, ita Ribeira, Pererius, Cornelius, & alii: & omnes Patres, ut D. August. D. Ambros. Andreas Cæsar. Beda, & alii. Supponunt, eum verum esse Angelum. Probatur, quia quatuor Angeli stantes super quatuor angulos orbis, verè, & propriè erant Angeli, ut dixi supra quæst. 1. ergo etiam iste, qui clamat ad eos: Nolite nocere terræ, & mari; Angelus erat; optima rerum dispositio petebat, ut unus Angelus alteri imperaret, & non homo Angelis; inde fit, quod ipse erat unus ex primariis, cum Imperatoria voce usus esset: Nolite nocere terræ, & mari. Ferrarius existimat, quod erat Archangelus Michael, qui est custos Ecclesiæ,

Abulen. Olim miracula, ac magna Eliæ tribuebantur. 49. Apoc. 18. 50. Hæc spectant ad tempora Antichristi. 51. Ribeira, Pererius, Cornelius. D. August. D. Ambros. Cæsar. Beda. Iste hic caparens, verus Angelus. Fe rarius, Michael.

12. Qui de visio-rum salute agit, ascendere videtur. 48. 49. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Ecclesiæ; & idèd pro ejus filiis, ac electis clamavit: Nolite nocere, &c. quousque signemus servos Dei nostri. Et ait Joannes, quod viderit: Angelum ascendentem, primò; quia cum Sole quasi oriri, & in horizontem, in quo erat Joannes ascendere videbatur. Secundo, Angelus prius de celo descendit, eratque in terra, ut hominum salutem procuraret, sac tueretur. & qui de aliorum salute agit, ascendere videtur. Deinde dicitur, quod viderit eum ascendentem ab ortu Solis. Tum quia venerat, ut prospera, & læta nuntiaret; tum quia novam lætitiā, quasi novam lucem, afferebat. Ut dicitur de Judæis ab Aman, à morte liberatis, quod eis nova lux oriri visa est. Esther. 8. n. 16. vel etiam quia hic Angelus efficiebat spiritualiter, quod Sol materialis oriens efficit, qui oriens tenuiter, ac pedetentim discutit caliginem, & noctem, usque dum crescat ad diem perfectum; sic iste Angelus paulatim in electis discutiebatur caliginem errorum, ac peccatorum, usque eos dum duceret in perfectum, ac consummationem. Habentem signum Dei vivi, probabile est, quod cum ista visio fieret per signa sensibilia, quæ representabantur in phantasia Joannis, ipse in citato Angelo viderit aliquod signum sensibile, quod sine dubio erat Christi Crucem; nam hic fit allusio ad visionem Ezechielis 9. n. 4. Ubi sermo est de signo sensibili: Signa Thau super frontes eorum, de quo infra dicam. Tamen simpliciter dicendum habentem signum; seu ut Græcè habetur, sigillum Dei vivi, quo sigillaret electos Dei, illū ique eis imprimeret, ut tali signo essent custoditi ab omni malo, & clade; de quo signo dicam infra q. 9. Tandem dicitur de isto Angelo, quod habebat signum Dei; quod non dicitur de aliis quatuor, qui tenebant ventos, ut nocerent terræ & mari; sed tantum de isto quinto Angelo; quia hic Angelus veniebat, ut beneficeret, ac custodiret electos; inde habebat signum Dei; quia nota ac signum Dei vivi est, benefacere cunctis, eosque custodire, ac protegere à malis. Et bene ad salutem hominum, ac defensionem eorum ab omni malo, mittitur iste Angelus; quia hoc Angelis est valde familiare, ac peculiare. Proficitur junior Tobias cum meo Archangelo, Raphaelè, in Rages civitatem Medorum, ut ad Gabelum debitorem conveniant, ab eoque debitas pecunias exquirant; cumque ingressi essent Donum Raguelis, & ipse agnovisset Tobiam, cap. 7. n. 6. Misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum; & plorans super collum ejus dixit: Benedictio sit tibi, sibi mihi; quia bonus, & optimi viri filius es. Et statim Raguel mandavit occidi arietem, & parari convivium; Res valde mira, & præter communem consuetudinem, Gabelus, qui pecunias Tobie senioris retinuerat, non tristitia afficitur, ut solent homines, sed præ lætitiā, ac gaudio exultat, & in mille benedictiones se diffundit; longè diversimodè sese habuerunt, alii debitores, quibus vinea Domini sui erat locata. Matth. 21. n. 37. Cum autem tempus fructuum appropinquaret, misit Dominus servos suos ad agricolas, ut acciperent fructus ejus, cumque servos Domini sui occidissent, ac lapidassent; N. visum autem misit ad eos filium suum dicens; verebuntur filium meum. Agricola Sylveira in Apocalypsum, Tom. I.

autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem ejus. Ad Gabelum, & agricolas venit filius creditoris eorum, qui debiti solutionem exquirebat; sed agricola visio filio creditoris, in ejus mortem unanimiter conspirant, ac conveniunt. At Gabelus è contra, ad conspectum filii creditoris, mille lætitiæ signa ostendit; & amplexibus, benedictionibus, ac convivio, occurrit; unde tanta differentia? Agricola, quod communiter faciunt, debitores faciunt; Gabelus verò, quod rari; aut numquam debitor præstitit? cur ergo Gabelus, præter debitorum consuetudinem, ex præsentia filii creditoris sui, pecuniam repetentis, tantam lætitiā participat? Aderat cum Tobia unus Angelus, qui ei fuerat comes in via; unde, non mirum, quod homo pecuniæ tenax, lætis oculis, per jucunda facie, exciperet filium creditoris sui cum benedictionibus: ac amplexu; Angeli præsentia hominibus valde fugifera, mala dissipat, & multa salutis signa secum adducit, ac producere facit. Carthusianus ad citatum Tobie locum: Quid mirum, ait, si tam devote locutus est, cum quo Angelus Sanctus fuit, & ambulavit tandem, non sine instructione salubri. Vide supra in hoc cap. quæst. 2. n. 11. 12. 13. cap. 4. quæst. 2. n. 160. & n. 161.

Apoc. 7. n. 3. Dicens: Nolite nocere terræ; & mari, neque arboribus; quousque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum. Num. 4. Et audivi numerum signatorum, centum quadraginta quatuor millia signati, ex omni Tribu filiorum Israël.

VERSIONES.

Occumen. Ne noceritis terræ, & mari. Syrus. Usquequò obsignaverimus servos Dei nostri, super domicilium oculorum ipsorum. Arabicus. Donec signetis servos Dei super frontes eorum, & audivi numerum eorum qui obsignati fuerunt: centum quadraginta quatuor millia obsignata. Arabicus. Audivi numerum obsignatorum. Omittit, ex omni Tribu Israël. Aliqui apud S. Thomam. Centum sexaginta quatuor millia.

Præsentia Angelorum excludit mala; & bonis confert.

Carthus.



EXPOSITIO III.



LAMAVIT Angelus voce magna, quae index erat magni affectus salutis hominum. Nolite nocere terrae, & mari; id est, ne per multam tempestatum excitatio morbos, pestes, mortes, ac varias calamitates inferatis; quoad usque signemus, seu ut Graecus habet: signemus, antequam magna pars hominum pereat, necessarium est ut electi à Deo, signo ejus corroborentur; servos Dei nostri: qui secundum Dei propositum electi sunt, quamvis aliqui modo non essent servi, sed futuri; in frontibus eorum, ut palam, & patenter se ostendant Dei servos, ac Christi affectas: nam quamvis aliqui essent occultati in speluncis; tamen comprehensi, & interrogati, se servos Christi profiteantur.

55. Et audivi numerum signatorum, Ribeira.

56. Et audivi numerum signatorum, Ribeira.

in fine mundi non erit Angelus, aut Christus, qui servorum Dei frontes signabit; sed hoc fiet, impulsu, ac inspiratione Christi, seu Angeli per viros Apostolicos, ut Eliam, & Henoch, ut dicam quæst. 9. Inde rectè Angelus ait: quoad usque signemus: id est, quod impulsu, ac inspiratione Angeli fit, ipse facere dicitur. Secundò aptè loquitur Angelus. Quoad usque signemus; quia talem curam, sollicitudinem, ac affectum erga genus humanum, non solum ipse habere volebat, sed ut simul cum eo omnes haberent.

Merito tamen dubitatis; cur Deus hoc tantum munus designandi electos, ne cum reprobis, ac malis involvantur, uni tantum Angelo committitur; cur non plures Angeli ad hoc assumuntur? nonne unus facile falli poterit, & aliquando reprobos pro electis designabit? id sanè accidere poterat, si homo esset ille signator; at Angelus est, qui solus optimè valet dignos, ac benè merentes designare. Guericus Abbas: sermone de Domin. in Ramis. Jam non arbitrio hominū, aut sed iudicio, & ministerio Angelorū, signabitur Thau super frontes vivorum, ut discernantur salvandi à malis & reprobis. Expende illud: non arbitrio hominum, cum illa discretio, ac designatio salvandorum, non fieret arbitrio hominis; iniquis, ac pessimis nullus dabitur locus sperandi supremam sortem, & dignitatem: idè designatio, quæ non admittit immerentes, ac indignos, Angelo committitur, non homini: nam quæ hominis sunt, & per homines fiunt, bonos, & malos sæpè admittunt.

Illustrissima Rebecca ex sanctissimo viro suo Isaac concepit; & cum maxime è utero gravaretur, divinum Oraculum consulit; cui responsum est: Duae gentes sunt in utero tuo, & duo populi, ex ventre tuo dividuntur. Gen. 25. num. 23. ex omnibus uxoribus Sanctorum Patriarcharum, sola Rebecca invenitur in utero suo duos filios habens; Jacob nempe, & Esau, quorum primus bonus, & electus est, secundus verò malus, & reprobus; Et cur Deus in femina tantum voluit tales conceptus reperiri, simul scilicet, boni & mali, electi & reprobi? Resp. Tentabatur in illa Ecclesia militans, adhuc ex hominibus viatoribus constituta; quod autem ex hominibus fit, & constat, bonos, & malos capit, electos & reprobos admittit. Guericus Abbas serm. 3. de Annuntiatione Domini: Gravidam est, ait, & fratres Ecclesia, non sicut Maria solo Jesu sed sicut Rebecca Jacob, & Esau, non solum scilicet bonis, & modestis, sed etiam dyabolis, & indisciplinatis: quos tamen ipsos propter nomen Jesu, vel forsitan aliquod inivium substantia eius, Ecclesie viscera suscipiunt & amplectuntur: Quandiu enim sumus in hoc sæculo, & res per homines administrantur, ita frequenter accidit, ut etiam à probatis vitiis mali, & impii ad præstantissima admittantur, ac eligantur.

Ait Christus Matth. 13. numero 47. Simile est regnum caelorum Sagena missa in mare, & ex omni genere piscium congreganti: quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt: Ecce in Sagena inveniuntur mali, & reprobi?

57. Spiritus in quo magna vi resistendum. Richard.

58. Difficultas quaestio. Haymo.

59. Haymo.

QUÆSTIO VII.

Quare, cum unus tantum Angelus hic apparet, habens signum Dei, tamen voce magna clamat ad alios quatuor, in plurali: Quousque signemus?

Clamat iste quintus Angelus voce magna ad illos quatuor; quia si isti quatuor erant mali spiritus, inde voce clamat; quia eorum nequitia, & malitia magna vi, ac conatu resistendum est; Richardus Victorinus. Clamavit voce magna, ait, quia eorum malitiam magne auctoritatis in aperta refranabar. Tamen isti quatuor Angeli erant boni, ut dixi hoc c. quæst. 1. & idè clamavit Angelus voce magna affectu nempe charitatis, ac sollicitudinis erga salutem hominum.

Tota quaestio inquit: Quare cum noster Evangelista dicat verò 2. Vidit alterum Angelum, habentem signum Dei viti: Nunc tamen plurali voce utitur de aliis quatuor: Quoad usque signemus servos Dei nostri? Videbatur dicendum, quoad usque signemus, nam ipse tantum habebat signum.

Rectè respondet Haymo; ipse existimat, quod hic Angelus erat Christus, de quo dixi quaestione 3. Intuerem, ait, quia cum superius,

Theoph.

& quomodo Sagena illa à se non excludit malos, sed eos admittit: Theophylactus: Sagena illa est doctrina piscatorum Apostolorum, quæ ex miraculis, & Prophetarum vocibus contexta est; Hac igitur Sagena ex omni genere congregavit Barbaros, Graecos, Judæos, meretrices, publicanos, latrones, &c. Ecclesia fundabatur; & constituebatur per homines viatores, qui licet essent sanctissimi, utpote Christi Apostoli, non valuerunt evitare, quin aliqui indigni, ac malè merentes, ad magnas functiones admitterentur; non est hominis in hoc sæculo viventis, solos bonos, & dignos admittere, & malos excludere: Hoc enim pertinet tantum ad divinum lumen, quod intima cordis agnoscit, & omnes futuros eventus penetrat.

Humanum iudicium eligendo sapè fallitur.

61. Albert. Difficultas quaestio.

64. Albert. Mag. Diaboli voluntas vult plus nocere, quam est datum.

65. D. Thom. Ministri volunt addere, supra id, quod eis est datum.

66. Palm. Thom.

QUÆSTIO XIII.

Quare cum quatuor Angelis datum sit, nocere terræ, & mari, nunc quintus Angelus prohibet eos; dicens; nolite nocere terræ, & mari?

Hanc quaestionem in præsentem excitat Albert. Magn. nam supra v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis, datum sit nocere terræ, & mari: Nunc verò Quintus Angelus apparet in Sole voce magna clamans, hoc eis prohibet, dicens. Nolite nocere terræ, & mari. Cur data potestas sic interdicitur, & suspenditur?

Respondet cit. Albert. Magn. Quia Diabolus, ait, quantum est de voluntate sua, potestatem suam desiderat semper ampliare: & idè mala voluntas eorum cohibetur, ne possint nocere, quantum vellent. Proprium ministri ingenium est, semper ampliare suam potestatem, & aliquid addere ultra id, quod commissum est; quamvis ergo quatuor Angelis, qui juxta multorum sententiam q. 1. mali erant, datum esset, nocere terræ & mari; nunc Angelus quintus eos prohibet: Nolite nocere terræ & mari; quia cum essent ministri, ultra sibi datum, volebant procedere; & idè noranter ait iste Angelus: Nolite nocere terræ, id est, ne tantum malum inferatis, quantum vultis & intenditis.

Quod benè confirmo ex ipso text. nam v. 2. dicitur, quod quatuor Angelis datum est, nocere terræ, & mari, id est, ut explicat D. Th. peccatoribus visibus, & fluxibus, vilius propter peccata jam facti fluxibus propter fuerunda. Quomodo iste quintus Angelus clamat: Nolite nocere terræ, & mari. neque arboribus; id est, iustis; ad quid nunc Angelus prohibens; addit arbores, cum hoc non esset eis datum in sua commissione? cum essent ministri, intentabant suam jurisdictionem ampliare; & cum esset eis datum, nocere terræ & mari, peccatoribus nempe; volebant, manus suas extendere ad iustos, qui per arbores significantur, ut hoc docet D. Thom. juxta illud Palm. 1. n. 3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Tunc sic ait Angelicus Doctor: Dicuntur enim iusti arbores; quia sunt fructiferi per bonam operationem, folia Sylvestra in Apocalypsim. Tom. 1.

habent in medicinam per salutiferam eruditionem & umbram habent per edificationem, quæ ex aliis per exemplum in refrigerium contra asinum ventorum: in terra radicantur per humilitatem: in ramis dilatantur per charitatem: de tali arbore dicitur Matth. septimo. Omnis arbor bona, fructus bonos facit.

Videns Deus peccata Sodomorum, jam ultores Angelos miserat, qui funditus everterent civitatem peccatricem. Angeli verò, ut rem executioni mandarent, sic urgent Loth iustum pergere in locum designatum. Gen. 18. n. 22. Festina & salvare ibi; quia non potero facere quidquam, do, ec ingrediaris illuc. Angeli Dei quid agitur? cur jubetis, festinare iustum? si nihil mali inferre potestis miseris, dum iustus non abest finite morari iustum; finite, ut lentè, & pigrè discedat, ut longiores dentur inde hominibus induciae. Deus non iustitiam differri iustitiam, & dilatari indulgentiam donec ipse iustus exiret. Cur vos Angeli sæviores vultis in homines existere? cur cum Deus lentat, vos acceleratis supplicia, & anxie indulgentiæ tempora evertere nitimini? notavit D. Ephren. in Loth: Creator, ait, super caelestibus virtutibus iustitiam, ut tantisper intentas contineant minas, donec ex medio ipsorum iustus salvetur. Deus Angelis mandavit, ut Loth educerent de civitate; at ipsi cum essent ministri, non tantum mandatum volunt adimplere, sed aliquid se suo addiderunt, accelerationem nempe, ut festinanter Loth compellerent exire, ut supplicium accelerarent, & indulgentiæ tempus preoccuparent. Vide quæ dixi tom. 1. in Evangel. lib. 1. c. 4. q. 26. n. 60. & tom. 3. c. 18. q. 1. n. 9.

66.

Genes. 19.

Ministri ultra sua commissa non procedunt.

S. E. Iren.

QUÆSTIO IX.

Quòdnam erit signum, quæ ve nota quæ Angeli signant servos Dei?

Alcazar existimat, hic signari servos Dei, primitivæ Ecclesie Christianos, ne plagis, quibus Judæi increduli afficerentur, ipsi tangantur, ac involvantur. Matthias Suecia, Præceptor S. Bern. Senenl. servi Dei, ait, dicuntur habere in frontibus signum divinæ contemplationis, sicut v. 9. dicuntur in manibus habere palmas bonæ actionis. E contrariò servi Antichristi, c. 13. dicuntur habere characterem bestiarum in dextera manu, & in frontibus; qui character, est perversa actio in opere, & malignitatis studium in mente. Tertio, D. Tauler. in opusculo, quod vaticinium inscripsit, videtur existimare, quod hoc signum, sit signum Toan externè, ac visibiliter positum ab Angelo in fronte servorum Dei.

Nulla ex his sententiis placet; non prima; quia hic non est sermo de persecutione Judæorum in Christianos, quæ jam per multos annos præcesserat: & liber est propheticus de futuris; deinde hoc pertinet ad sextum sigillum, ubi sermo est de Antichristo. Non secunda sententia; quia hoc signum, seu sigillum, non est bona operatio, quia tunc poneretur in manu; ergo est aliquid appositum in frontibus eorum, ut ait textus. Non tertia sententia placet. Oo 2 quia

67. Alcazar.

Matthias.

Tauler.

68. Impugnatur prædicta sententia.